



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

64. Proposito per &c. Decretum in causa Wratislavien. Beatificationis, &
Canonizationis Beati Cestai Odrovantii Ordinis Prædicatorum.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

1712.

in hac Causâ derogavit, & ita servari, prosequi, agi, discuti, & terminari mandavit, dictis Decretis alius Constitutionibus Apostolicis, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque Hac die 10. Julii 1711.

G. Card. Carpineus.

B. Inghirami Sac. Rituum Congreg. Secretarius.

XIII.

In Causâ Viennen, in Galliâ Beatificationis, & Canonizationis Ven. Servi Dei Joannis Francisci Regis Presbyteri Societatis Jesu die 27. Martii 1712. Fefo Paschalis Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi.

Sanctissimus Dominus Noster, absoluto Sacro Solemniter à Sanctitate Sua celebrato in Basilica Principis Apostolorum, statim ac ad suas solitas mansiones Palati Vaticani reversus fuit, advocavit ante prandium Dominum Advocatum Prosperum de Lambertinis Fidei Promotorem, ac me infra scriptum Prothonotarium Apostolicum, modò exercentem Vices R. P. D. Secretarii Congregationis Sacrorum Rituum, nobisque dixit, elapsis diebus, videlicet die 15. currentis mensis propositam fuisse in Congregatione habita coram Sanctitate Sua Cauam Viennen, in Galliâ Beatificationis, & Canonizationis Ven. Servi Dei Joannis Francisci Regis Presbyteri Societatis Jesu, discussio in ea dubio: An confet de Virtutibus ejusdem Servi Dei tam Theologalibus, scilicet Fide, Spe, & Charitate, quam Cardinalibus, nimurum Prudentia, Justitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque respectivè annexis in gradu heroico, in casu, & ad effectum, de quo agitur: Sanctitatem Suam distulisse resolutionem, ad effectum exposcendi prius in re tam arduâ Divinum lumen. Cum autem id Sanctitas Sua jam fecerit, ac potissimum hac die Resurgentem Dominum humiliter exoraverit, ut Coelesti claritate mentem suam illustrare dignaretur, quacumque idcirco majori cunctatione postposita, suffragiis in eadem Congregatione lati inhaerere se velle declaravit, adeoque super premisso dubio promulgari mandavit responsum affirmativum constare de Virtutibus tam Theologalibus, quam Cardinalibus, earumque annexis in gradu heroico, in casu &c. & ita &c.

G. Card. Carpineus

C. Collicola Prothonotarius Apostolicus modo exercens vices R. P. D. Congr. Sac. Rituum.

XIV.

In Causâ Hispalen, seu Marochitanâ Beatificationis, & Canonizationis, seu Declarationis Martyrii Ven. Servi Dei Joannis de Prado Fratris expressè Professi Strictioris Observantiae Excalceatorum Ordinis S. Francisci die 27. Martii 1712. Fefo Paschalis Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi.

Sanctissimus Dominus N. Clemens Papa XI. Subsoluto Sacro solemniter à Sanctitate Sua celebrato in Basilica Principis Apostolorum, statim ac ad suas solitas mansiones Palati Vaticani reversus fuit, advocavit ante prandium D. Profpperum de Lambertinis Sacra Confessorialis Aulae Advocatum Fidei Promotorem, ac me infra scriptum Prothonotarium Apostolicum, modò exer-

ANNO

1712.

centem vices R. P. D. Secretarii Congregationis Sacrorum Rituum, nobisque dixit, jam ante sex menses, nempe 22. Septembri 1711. in Congregatione habita coram Sanctitate Sua fuisse propositam Causam Hispalen, seu Marochitanam Beatificationis, & Canonizationis, seu Declarationis Martyrii Ven. Servi Dei Joannis de Prado Fratris expressè Professi Strictioris Observantiae Excalceatorum Ordinis Sancti Francisci, ac primi Ministri Provincialis Provinciæ Beticæ Sancti Didaci nuncupatae, ad annunciatum Evangelium, & docendas Gentes Regnorum Feze, & Marochii à Sacra Congregatione de Propaganda Fide missi, in eaque discussio fuisse dubium: An confet de Martyrio, & Causa Martyrii ejusdem Servi Dei, ac de Signis, seu Miraculis in Casu, & ab effectum, de quo agitur; auditis tamen omnium suffragiis, nullam tunc à Sanctitate Sua fuisse captam resolutionem, ut prius, de more, in tam gravi deliberatione Divinam Opem imploraret; Nunc vero, cum hoc iam peregerit, ad signanter hac ipsa die ferventiores ad id processus in mox celebrato solemni Sacrificio ad Deum effuderit, nolle se diutius differe publicationem responsi ad Dubium supradictum, adeoque inherendo suffragiis in eadem Congregatione lati, promulgari iussi decretem, ut sequitur: *Constare de Martyrio, & Causa Martyrii, nec non de uno tantum Miraculo tertii generis, videlicet de 13. subitæ Sanationis Fratris Gabrielis Tellez ab impotentia ad motum universi sui corporis. Et ita &c.*

G. Card. Carpineus.

C. Collicola Prothonotarius Apostolicus modò exercens vices R. P. D. Secr. Congr. Sac. Rituum.

DECRETUM

In Causâ Vratislavien. Beatificationis, & Canonizationis Beati Ceslai Odroyantii Ordinis Praedicatorum.

XV.

Proposito per Eminentissimum, & Reverendissimum D. Cardinalem Barberinum causa Beatificationis, & Canonizationis B. Ceslai Odroyantii predicti Ponentem, seu Relatorem in Sacrorum Rituum Congregatione ordinariâ Dubio: An sententia Reverendissimi Suffraganei Uratislavien. Judicis delegati lata super Cultu immemorabili, & Casu excepto à Decretis fel. rec. Urbani VIII. sit confirmanda, vel infirmanda in casu &c. Sac. eadem Rituum Congregatio, ad instantiam Reverendissimi Patris Antonini Cloche Magistri Generalis Ordinis Praedicatorum, prout etiam R. P. Magistri Thomæ Ripoll Sacerdotis Professi ejusdem Ordinis Provincialis Terræ Sanctæ, & hujusmodi Causæ Postulatoris, auditio prius tam in voce, quam in scriptis D. Comite Prospero de Lambertinis Sacra Confessorialis Aulae Advocato, ac Fidei Promotore, censuit respondendum, sententiam Suffraganei esse confirmandam, si Sanctissimo D. N. placuerit Die 20. Augusti 1712.

Factaque deinde de premissis per me Collicolam Prothonotarium Apostolicum, & modo exercentem vices Secretarii Congregationis Sacrorum Rituum Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die 27. ejusdem mensis Augusti, & anni 1712.

G. Card. Carpineus.

C. Collicola exercens vices R. P. D. Secretarii Congr. Sac. Rituum.

DE-